Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

omnium tanquam abstersus est et mundi. Ego
autem sum minimus apostolorum qui non sum dig
nus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam
dei. Gratia autem dei sum id quod sum. Et gratia ei
us in me vacua non fuit. Vet. Induto splendore meum et ad
mantis sum et refloruit caro mea et ex voluntate mea confitebor
illi. V. Ad te domine clamavi deus meus ne silueas ne discedas a me.
Alla. V. Domine deus salutis mee in die clamavi et nocte coram te.
Oratio. Dixit dominus ihesus ad Secm Lucam. Si
quidam qui in se confidebant tanquam iusti et
despiciebant ceteros parabolam istam. Duo ho
mines ascenderunt in templum ut orarent: unus
pharisaeus et alter publicanus. Pharisaeus stans
hec apud se orabat. Deus gratias tibi ago: quia
non sum sicut ceteri homines: raptores iniusti adul
teri: velut etiam hic publicanus. Ieiunio bis in
sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publi
canus a longe stans: nolebat nec oculos ad celum
levare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus
propitius esto mihi peccatori. Dico vobis: descendit
hic iustificatus in domum suam ab illo: quia om
nis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat ex
altabitur. Off. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me
nec delectasti inimicos meos super me domine clamavi ad te et sanasti
me. Sec. Respice domine quesumus munus populi tui
tui: ut quod offerimus tibi sit nobis acceptum
sit nobis fragilitatis subsidium. Po. Com. Honora do
minum de tua substantia et de primitiis frugum tuarum ut impleantur ho
rea tua saturitate et vino torcularia redundabunt. Complenda
Sumamus domine quesumus tui preceptione sacramentum